

Quot secte medicorum, quæq; earum notæ. Cap. 3.

**A** Sectæ medicorum tres sunt, Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationem præbet, morborū causas inquiri, & signis ad illarum inuentionē utitur, curationē capit à contrario, prout causæ exigunt. Nam contrariorum contraria sunt remedia. Quatuor ergo sunt, quæ rationalem sectā obliqnāt, naturæ inspectio, causarum ac signorū æstimatio, & quartū, nempe quæ causæ ipsis curationē dictant. Empirica ad assidentiu accidentium cōkursus, quæ ægris adsunt, respicit, & conuenientē accidentibus curationē obseruat, idq; nec morbo cognito, nec causa inquisita. Contenta est autē obseruatione in accidentibus per eorū, quæ admouentur, experientia facta, & historia prius expertorū utitur: tum à compertis ad incōperta, sed similia fm apparētem speciem transit. Quæ enim ipsimet usu ac experientia in multis, & sæpissime ac semper in iisdem, & pari modo experti sunt, aut quæ casu quopiā obseruarunt, eaq; semper atq; eodē modo habētia, hæc confidenter usurpant, nō adeo curiose facultates ex eorū qualitatibus disquirentes. Credunt & uetustissimis, qui rerū per experimenta sibi obseruatarum historiā, uti uocant, memoriæ prodiderunt. Utuntur etiam à simili transgressu ad ea, quæ nondū explorarunt, cū similia specie, quæ ad manū est, apparent, ut malua, blitū, beta, & lapathum. Itidem in cerealibus, ut alica & oriza. Rursus in arborum fructibus, quos Græci acrodrya nomināt, ut pirū, malum, cotoneum. Notant igitur empiricā hæresim, ad concursus symptomatū, non ad morbum, neq; ad causas, respectus: deinde in cōkursibus medicaminū congruentiu per usum obseruatio: Tertio, expertorū antea historia: Nouissime à simili transgressus. Methodica cōmunitatibus & similis speculationi adheret. Oēs enim particulares affectus ad generales duos reducunt, adstrictū, et fluentē, quas cōmunitates uocant. Cognoscunt eas ex obortis circa corpus affectionibus, in utroq; euidenter conspicuis. Quare notas non desiderant, exēpli gratia adstrictū inde oriri, quæ corpus densatū sit, profluuiū ipsius sistat, omnisq; euidentis excretio impediatur: fluentē uero inde, quæ summa corporis cutis rara euaserit: & cuiusq; corporis particulæ excretiones sensibiles intensæ sint. Duplicē igitur curationis speciem generales duo corporis morbi ipsis indicant, nēpe si corpus adstrictū est, laxandum esse: si profluuiū laborat, cōprimendum: si uitium mistum habet, occurrendum uehementiori malo. Caterum cōitates oēs nominant euidentes: harum autē alias passiuas, ut adstrictū & fluens: alias curatiuas, ut resolue re & tenere: quasdā temporales, initium, incrementum, uigorem seu statum, & inclinationē. Porro medicinæ, quæ manu medetur, cōmunitates, in eius ablatione, quod alienū est, consistūt. Duplex em̄ alienū est, uel extrinsecus, uel in corpore. Extrinsecus simplex: illius, quod in corpore est, tres numerantur species. Atqui extrinsecus, ut spiculum, telum, & quodcunq; aliud id genus existit, perfectam educationē ostendit. Eorū, quæ in corpore sunt, aliud loco alienū, ut suffusio, eluxatio, & fractura, quæ transpositionē uel restitutionem in propriū locum indicāt. Aliud magnitudine, ut abscessus oēs, scroti tumores, acrochordones. i. pēhiles uerrucæ, phymata, & cōdylomata: quorum nonnulla diuisionē solam requirunt, nonnulla summā superfluum præcisionem demonstrant. Aliud defectu alienū, non ut superuacaneum, sed ueluti deficientis dicit, cuiusmodi mutila & curta om̄ia: sicut in labris oculisq; cernit. Vnde quidā *λαγοφθαλμοι*, & *λαγόχειλοι*. i. leporinos oculos & leporina labra habētes, nominant. Pari modo etiā se habēt fistulæ, & uitia profunda, quæ Græci uocant hypophora, sinus, ulcera, aliaq; huiusmodi om̄ia, quæ ex defectu repletionē desiderant atq; indicāt. Iam uero præter quatuor chirurgorū cōmunitates est & species, quæ *προφυλακτικῆν*, id est præseruatricē appellāt. Apponitur autē & ipsa, ut cōmunitas, in deleterijs & toxicis, bestijsq; omnibus, quæ uirus inspuunt, tum uenenosis uolatilibus, & terrestribus, aquatilibusq;. Nam cōe omniū genus, ut sint exitialia, non tñ ad adstrictum & fluens referunt, sed aliud est præter hæc genus. Quare & curatoria ipsorū cōmunitas alia præter illam habet, dicta prophylactice. Methodicam quoq; sectam primū exculpit similis in euidentibus consideratio, sed non in latentibus seu abditis, quemadmodū in rationali secta. Hoc unum intercedit discriminis, quæ in illā quoq; similiū inspectio, sed in obscuris consistit: fm, quæ ex simili in euidentibus, affectus, auxilia, tempora, particularia om̄ia ad generalia reducit. Attamē non euidentia tñ empiricorum more animaduertunt, sed particularibus, nullo generali cognito insistent. Tertium est ex cōmunitatum indicatione curationem accipere: nec causas, ut rationalibus in usu est, exponere: neq; facta in concursibus obseruatione eorum, quæ per experientiam conueniunt, ut empirici faciunt, contentos esse.

Qui trium Sectarum principes extiterint. Cap. 4.

**R**ationalis sectæ & auctor & princeps Hippocrates Cous fuit. Post hunc Diocles Carystius, Praxagoras Cous, Herophilus Chalcedonius, Erasistratus Chius, Mnesitheus Atheniēsis, Asclepiades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ præfuit Philinus Cous, qui primus eam à rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cum autē suam hæresim principem esse uellent, Acronem Agrigentinum, quo rationali esset uetustior, ei dedisse initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandrinus ea secta floruit: Dein Apollonij duo, pater & filius, Antiocheni. hos secuti Menodotus & Sextus exacte eam corroborarunt. Methodicæ Themison Laodiceus Syrius incepit, qui ab Asclepiade rationali occasiones nactus, ad methodicæ sectæ inuentionē se contulit. Thessalus Trallianus eā absoluit. Post hos Mnaseas, Dionysius, Ilagogici. 1 3 Proclus,

Proclus, Antipater. In ea autem de quibusdam dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodisieus, & Soranus Ephesius. Fuerunt nonnulli ἐπισωβειπιοί, quasi adiuncti, apud Græcos nominati, ut Leonides Alexandrinus: quidam ἐκλεκτοί, quod est delecti, ut Archigenes Apameus Syrius.

*Medicina scientiæ sit, an ars. Cap. 5.*

**R**ationales aliqui, e quorū numero est etiam Erasistratus, medicinam partim scientiam, cuius modi est causarum notitia, item naturę inspectio: partim coniecturam, ut curationē & signa habere censuerunt. Methodici & in uniuersum scientiam ipsam esse prædicant, sed utriq; à uero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia enim est conueniens, firma, & nunq; à ratione declinans cognitio: eam neq; apud philosophos, præsertim dum rerum naturas perscrutantur, inuenias: multo sanè minus in re medica: immo, ut uerbo expediam, ne ad homines quidem uenit. Quamobrē medicina ars merito dici potest: siquidē artis nomine comprehensionum & opinionum ad finem quēdam uitæ utilē spectantiū collectionē certa qualitate & quantitate cōmeditatā intelligimus. Cōprehensiones igit̄ humanas, & quę numero constitutionē quandā pro creare queāt, præcipue cōmeditatas, hoc est sibi cōcordes ac consonas cohærentesq;, medicina habet: quo fit, ut artis uocabulū, cuius definitio ei cōuenit, optimo iure cōmereatur, cōprehensionesq; in ea ad uitæ cōmoditatē pertinēt. Quippe, ut seruarent homines ac sanitatem tuerent, in uitā prodijt. Sed artiū duplex est differētia: quādā em̄ finem suū semp̄ consequunt, ut fabrilis, nauis cōpactoria, ædificatoria. Quādā finem suum ceu scopū desiderant, cōtingunt aut̄ non semper, sed plurimū. Vnde coniecturales quoq; dicuntur: ex quarum numero medicina fuerit: quemadmodū rhetorica, gubernatoria, & sagittandi ars. Est & alia differentia & ipsa duplex: qm̄ aliqua, dū fiunt, sunt, & simul atq; ab actione destiterint, nihil, quod perfecerint, ostendit, cuiusmodi saltatoria, citharistica, palæstrica, & quæuis alia ars musica: nonnullæ in actione euidēs opus planè nullū habent, sed tanq; futuri cuiusdam præparatoria existunt: ubi uero à functione cessauerint, tunc quid effecerint, apparet: qualis statuaria, pictura, & fabrilis, tum alia, quarū opera post actionē perdurant. Inter has medicinam quoq; numeres, licet. In medendo enim nondū eius finis innotescit, quippe quæ aduersus morbos semper laboret: at, ubi curationē absoluerit, tunc homini sanitatē restituisse eā uidere est.

*Quid sit medicina. Cap. 6.*

**D**efinitionibus rationales usi sunt, descriptionibus empirici: de quibus quæstionē instituere philosophis solum conuenit: enī uero ueteres etiā medici hoc ferè modo medicinā simpliciter uel definiuerunt, uel descripserunt. Medicina est, Hippocratis sententia, adiectio & ablatio. Adiectio quidē deficiētis, ablatio aut̄ superātis in hominū corporibus. Quā enim definitionē medicina nonnulli putauerunt, reuera non est, ægros uidelicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbiq; uehementiā retundere, malo uictis manū non admoliri. Artes enim nō ex ijs, quorum neutiquā adest facultas, sed ex his, quorū adest, definitionem sortiuntur: qm̄ illa definitio, quæ neutiquā fieri possunt, recenset, non ex ijs, quæ adsunt, artes definit. Recentiores huiusmodi definitionē usurparunt. Medicina est scientia sanitatis conseruatricis, morborū repultricis. Verū secus habet. nō em̄ ipsa hæc efficit, sed ex illis, quæ efficit, hæc pueniunt, idq; nō semper. Quapropter non ex his, sed illis, quæ ab ea semper accipiuntur, constituta est. Hęc aut̄ sunt adiectio & ablatio. Proinde, quæ capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocrates, quibus & in sanis utitur, cū secūdam ipsorū ualeitudinē conseruat, & in ægrotis, ut morbis liberet. Quę igit̄ semper facit, ea ipsam cōstituunt, non illa, quæ ab his efficiunt. Aliud nāq; ars, aliud eius finis est. Quod enim appetit, id aliud ab ipsa est, idq; non perpetuo secum habet. Quo fit, ut, quatenus ipsum non contingat, neq; finis eius, sed scopus dicatur: cum aut̄ contigerit, finis. Ita gubernatoria & sagittandi ars non à fine, quem non semper contingunt, sed ab ijs, quibus constituta sunt, & per quæ, ut finē assequantur, functiones obeunt, definitionē sortiuntur. Porrò definitio hæc omnibus ferè post Hippocratem proba esse uidetur. Herophilo Medicina est scientia salubrium, insalubriū, & neutrorum. Trium enim horum cognitionem habet. Salubrium, quæ corporis humani constitutionē ita præparant, ut ex eis pulchre inuicem aptatis sanitas concilietur: insalubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quæ ægris afferuntur, & eorum materia. Hęc enim prius, quàm à medico excepta sint, neutra, hoc est, nec salubria sunt.

*Quot partes medicinae. Cap. 7.*

**P**rimariæ medicinae partes sunt, rerum naturæ cōtemplatio, causarum notitia: uel affectuum consideratio, sanitatis tuendæ ratio signorum obseruatio, & medendi modus. Græci uocant φυσιογνωμον, αιτιολογικόν, seu παθολογικόν, υγιεινόν σκευαστικόν, & θεραπευτικόν. Athenæus p̄ signis materiā constituit, quæ in curatoria parte uersat. Nā sine materia curatio fieri nō possit. Indiciorū obseruatio, & ad curandī rationē necessaria, non tñ ipsa est curatio. Materia enim beneficio curatio absoluitur, & materia quidē sine curatione nihil aliud confert. Signa uel citra curationē ad cognoscendū, quæ mederi queas, & quæ minus, necessaria sunt. Ad hæc faciūt, ne inscius ijs, qui medicina nullum locum reliquerunt, manum admouens, erroris notā incurras. Jam uero quinq; harum partium medicinae, cuiusq; diuisio quādā angustior est. pars igitur, quæ naturā cōtemplatur, dicitur

**A** dicitur, in qua de hominis natura differimus. constat autem, si diuidas, elementorum notitia quibus homo componitur, tum generationis foetus, & formationis, præterea interiorum & exteriorum corporis partium speculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, ossiumque rationes perscrutamur: in qua ea, quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuum status diligenter indagamus. His enim incognitis nemo recte nouerit, quomodo morbos curare conueniat. *ὑγιεινὸν* tum sanitatem tuetur: tum præcauet, quo minus corpora in morbos incidant: ubi inciderint, ad sanitatem reducit. *συνεωπικόν* præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum præfagia continet. *θεραπευτικόν*, id est curandi facultas; ea quoque in tres partes diducta est, ut una esset, quæ uictu: altera, quæ medicamentis: tertia, quæ manu mederetur.

*An medicina diuisio in quinque partes diducta necessaria sit. Cap. 8.*

**P**roinde rerum naturæ cognitio necessaria est hoc potissimum nomine, quod nisi naturalibus antea cognitis ea, quæ à naturali habitu recedunt, cognoscere queas nunquam: nam præter illorum naturam morbi consistunt. Causarum uero & morborum notitia non minus & ipsa desideratur, ut affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus: tum ipsos affectus à ueteribus appellatos eorumque status cognoscamus. Vtilis sanè & symptomatum affectibus incumbentiū cognitio est, nam ab horum congressu, quem Empirici *συνδρομήν* Græce, Latine cōcursum uocant, corporis uitia speciem nanciscuntur. Quanquā iidem Empirici in syndromis, quæ cuique accidenti conueniant, obseruarunt. Methodicis curationem affectus indicant, quemadmodum Rationalibus causæ, licet ipsi nihilominus tum affectus, tum concursus inquirant. Totum autem causis attribuunt, quarum nonnullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concausæ, reliquæ præcedentes dicuntur. Euidentes, quæ Græcis uocantur *προκαταρκτικæ*, id est antegressæ, sunt, quæ, dum aduersam ualeitudinem creant, separantur, ut frigus, labor, Solis exustio, cruditas. Continentes, cum præsentis sunt, & morbi quoque adsunt: cum tolluntur, morbi etiam discedunt, ut spina, & telum. Concausæ, quas Græci appellant *συναιτία*, quæ affectum sua uis possunt generare: generant uero & alteri coherentes, ut lapis in uelica, & inflammatio. Nam ambæ urinae suppressionis causæ sunt, etsi per se utraq; illam generare possit. Coadiutrices causarum partes, quæ sua uirtute morbum efficere non possunt, sed alteri auxiliantur, ut libido articulare morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem, Præcedentes, siue internæ, quæ ab euidentibus uel præparantur, uel coadiuuantur, ut sanguinis abundantia nutrimenti copiam soboles est. Præcedit autem Erasistrati *παρεμπύωσις*, id est coincidentiam, quæ omnium morborum causa est coniuncta, uerum citra præcedentem non accidit. Porro salubris pars, quam Græci *ὑγιεινὸν* dicunt non solum ut pars medicinæ, sed tanquam potior ea, quæ medetur, ei præponitur. Multo enim præstat morbum profus non admittere, quam morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe præstabilius est ante, quam in tempestatem incidat, iter absoluere, quam fluctuatum periclitatumque euadere. Atqui differunt rursus in salubri parte, sanitatem tueri, & morbos incessentes longius arce-re. Etenim primum consueta uictus ratione administratur: alterum curatorijs auxilijs, ut morbum, qui conflare debet, supprimat ac dissoluere anticipet: siquidem, quæ iam ortis affectibus medicantur, eadem quoque prius, quam oriantur, prohibent illos consistere. Similiter pars, quam *ἀναληπτικὴν*, id est restructricem, appellant, differentiam cum illis nonnihil habet. Qui enim recreat uires recolligitque, ut non amplius præter naturam, ita secundum naturam se nondum habet, sed ab eo, qui præter naturam est, nuper habitu absolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam uictus rationem desiderat, nec curatoriam, non enim ægrotat: nec eam, qua sani utuntur, ut qui nondum absoluta fruatur sanitate. Quo fit, ut nec qualitate, nec quantitate paria sanis possit assumere. *συνεωπικὴν*, hoc est adnotatrix pars medicinæ, curationi morborum per uictum summe est necessaria. nam præterita & præsentia symptomata ad morbi causam inueniendam diligenter inspicimus. Insuper maxima eius necessitas est ad præfagiendum, mors, an salus expectanda sit. Pari modo medicina, quæ manu medetur, tum illa, quæ medicamentis auxiliatur, sine indiciorum obseruatione non absoluitur: quippe præfagia eodem modo desiderant, quibus scias, quæ curationem non admittunt, quæque eam recipiunt quidem, sed uehementer aut offendunt ægrum, si curentur, aut è medio tollunt. Iam uero curatoria pars trifariam diuisa est, una uictu: altera medicamentis: tertia manu medetur. Prima auxiliiorum, quæ digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, est administratio: Quæ omnibus quidem ægrotis, sed præcipue febrientibus in usu est. Quæ manu medetur, pars curatoria est: ea incisionibus, uisionibus, & ossium in suam sedem deductione homines curat. Medicatio, *φαρμακία* græcis dicta, nudis medicamentis interiores affectus & exteriores sanat. uictus enim conuenientem rationem, quandoque uero & manuum opus requirit, quemadmodum chirurgia & uictus ratio medicatione utuntur. Itaque à rerum naturæ contemplatione altius auspicabimur: quoniam nec in sanis secundam ualeitudinē tueri, nec in ægris morbi causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, nec curationem admoliri recte possis, ignorans, quibus homo elementis constet, & quomodo his immutatis à natura, quam obtinebāt prius, morbi nascantur.

**C**onstat igitur homo ex primis mundi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturalium cum Hippocrate consensu, non quod ex his ipsis, sed proportione eis respondentibus homo constituitur. Atqui ex Hippocratis sententia, dum dissoluitur, in hæc prima resoluitur, & unumquodque rursus in suam ipsius naturam, homine uita defuncto, redire necesse est, siccum in siccum, frigidum in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiusmodi tum animantium, tum aliorum uniuersorum natura est. omnia similiter oriuntur & desinunt similiter. conflatur enim ex his predictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde singula originem nata sunt, eò quoque recedunt, quemadmodum Homerus hisce uerbis inquit innuens dissolutionem in hæc futuram.

Vos aqua, uos tellus cunctos aliquando tenebit. Ceterum hominem uelut ex secundis & humane nature uicinis quatuor humoribus, sanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra constitutum esse physici pronunciant. quoniam foetus in prima sui formatione ex genitura & sanguine, qui a matre per urachum influit, auspiciu coepit. in his autem quatuor humores erant. Qui ex tribus, ijsque compositis hominem produxisse censent, hæc præponunt initia, humida, sicca, & spiritus, quæ Hippocrates graece *ἰχθυοντα, ἰχθυόμυρα, & ἰχθυόμωρα* hoc est continentia, contenta, & impetum molientia, appellat. Continentia igitur sunt solida omnia, ut ossa, nerui, uenæ, arteriæ, ex quibus & musculi, & carnes, totaque corporis moles conflata est, ad hæc interiorum exteriorumque concretiones. Contenta uero humida sunt, quæ in uasis per tota corpora dispersa feruntur. Atque hæc quatuor predictos humores uocat Hippocrates. Impetum molientia spiritus existunt, quos ueteres duos, animalem & naturalem numerant: Stoici tertium inuehunt *ἐκπνοήν*, quem habitum nominant. Erasistratus uasa triplicia, neruos, uenas, arterias, omittis spiritibus & humidis, tanquam initia et totius corporis elementa constituit. Nam duplici materia regi animal affirmat, sanguine tanquam alimento, spiritu tanquam nature functionibus obeundis coadiutore: non autem ea, ut principia, intelligit. Multa sane alia partium species non ex tribus illis composita inueniuntur, ut uerbi gratia cerebrum, medulla, atque ossa omnia. Cerebrum igitur uel medullam nutrimenti parenchyma, quasi affusionem exponas, audet appellare, sicut ad hepem, iecinoris, lienis, & pulmonis consistentiam. At ossa neque nutrimenti parenchymata, neque ex predictis uasis triplicibus composita esse dicere possit. Asclepiadi hominis elementa sunt corpuscula manantia, fragiliaque, & inuisibilia foramina. Secundum Athenæi sententiam non quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, sed eorum qualitates calidum, frigidum, siccum, & humidum. Ex quibus duo causarum efficiendum munere fungi, puta calidum & frigidum. duo materialium, siccum & humidum supponit: Quintum uero ex Stoicorum opinione introducit spiritum cuncta penetrantem, a quo omnia continentur, & gubernantur. Hippocrates cum trifariam hominis elementa diuisisset, in continentia, contenta, & ea, quæ impetum faciunt, quibus omnia de elementis post ipsum assertis comprehendit, nec non naturam elementorum tractationem, & eorum, quæ præter naturam sunt, causas, haud scio, quomodo successores eius unam illam re uera diuinam Aesculapii medicinam in tres partes sibi coherentes distribuerint atque diuiserint. Alii enim humidis tum eorum, quæ secundum naturam habent constitutionem, tum causam eorum, quæ præter naturam solis attribuere, ut Praxagoras & Herophilus: Alii solidis corporibus initia & elementa attribuentes, ex his tum quæ natura consistunt, tum morborum causas inde capiunt, ut Erasistratus & Asclepiades. Athenæus uero & Archigenes spiritu solo ea penetrante, tum naturalia consistere ac gubernari, tum morbos uniuersos hoc prius offenso creati dixerunt. Vnde & *πνευματικοί*. i. spirituales, ueluti qui omnia spiritibus attribuant, nuncupantur.

† De naturalibus functionibus.

Exteriorum corporis partium appellationes.

Cap. 10.

**D**E partibus corporis seu particulis, & quæ earum nomina sint, primus Arist. docuisse simul ac conscripsisse creditus est. Temporis autem processu medicis quoque ipsis posterioribus de iisdem tractare necessarium uisum est, ne manu allata quaque partem aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficientem earum notitiam haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Erasistrati sectatores æmulati, ut Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidunt igitur totum corpus Aegyptii medici quadrisariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alii has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non ut illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipsius corporis dicitur. Huius particulæ sunt hæc. Anterior superposita supercilijs, pilis nuda, inter utranque aurem sita, Frons nominatur. Hac superior capillis intacta, Sinciput. Partem ab utroque sinciputis latere supra aures sitam, Tempora appellamus. In media capitis regione sinciput superante est Vertex. unde, uelut a centro circulus, capillorum prouentus incipere uidetur. Post uerticem a posteriore capitis parte ad usque tendines Occiput descendit. A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, & ore ad mentum usque circumscripita a supercilijs incipiens, Facies dicitur. Vbi enim frons a superioribus descendens desinit, Supercilia, ceu termini eius eminentes, & pilis consiti eam excipiunt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in ipsis terminis Aures sitæ sunt, quarum pars aperta Ala dicitur, refracta ab anteriori in posterius ipsius summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronem exurgens, Græce xyfter appellatur. Huius acuminis concuum quod subiacet, conchula. In huius medio rotundum.

† al. ipsorum

**A**tundū foramen, meatus auditorius uocatur, sub quo particula pinguis ab aere suspēsa fibra est seu auricula, superior pinna. Oculi supercilijs subiacēt, quę & lumina dicuntur, nempe tota figura cum ipsis particulis. Superius inferiusq; interiores tunicas contegentes, Palpebrę appellatur, hæc inferior, illa superior. Cōmittuntur inuicē crebro & extremo tactu ad uisus recreationē, & ad prohibendū, nequid extrinsecus uiolenter oculis incidat: Maxime uero, quęadmodū in somnis, uisorie uirtutis auertendę gratia, quo melius homo conquiescat. Partes aut iuxta oculos totos sita, qua palpebrę inuicem cōmittunt, tarsi nominantur. unde pili proueniunt, quos cilia nuncupāt, a quibus orta sunt, ducto nomine. Facti aut in hoc sunt pili isti, ut uisoriū spiritū, uel, ut quidā aiunt, radios interiore parte effusos perspicendi gratia dirigāt. His itaq; elapsis, uel retortis, nequaquā animans similiter in rectū, uel in longū uidere pōt. Interiores oculi termini, ubi palpebrę coalescunt, canthi. i. anguli dicuntur, alter iuxta nasum, iuxta tēpora alter: hic paruus, ille magnus. Quod in horū mediō cōsistit, oculi cādīdum. Huius rursus mediū Iris circulus coloribus uariis occupat. unde & à similitudine, quam cum coelesti illa Irīde habet, nomen accepit. Huius rursus mediā pars, per quam uisus peragitur, Pupilla est. Nasus oculos interioret. eius partes utrinq; sitę, Nares uocantur, quibus animalia respirant & olfaciunt. Exteriores autem narium partes, Pinnulę siue Alę nominantur. Quod autem eas discriminat, Interseptum uocamus. In utraq; nasi parte, quę proprie concava sunt sub oculis sita, concava nuncupamus: unde quidam cōcaui nominantur. Per morbum aut hæc attolluntur ob hominis cruditatē uel displicentē dispōnem. His aut superiores inter nasum & aures, Malę, (priscis ēt Genę dicuntur,) quę bene coloratis & ingenuis pudore suffulsis rubent. Hinc Maxillę ad mentum usq; descendunt, & hac in mucronem desinunt. Mentū id omne est, quod labro inferiori longa orbiculari figura subiacet. Suprema pars labri sub naribus *μύσαξ* Græcis, Homero *ἰσμήνη* appellatur. Quod intra labra describitur, & ab eis constituitur & cōtinetur, Os est. Videntur enim hæc quasi connata, post diducta os efficere: quare etiam ueluti nuper diuisa apparent. Quod caput excipit, & ad humeros usq; pertinet, id totum Ceruix dicitur. huius posteriores partes proprie Tendines appellant. Dein sub ceruice humeri utrinq; prominēt, quorum uerticem *ἀκρωμίου*, quasi dicas summum humerū, nominant. Quod ab hoc prorsum uergit, Clauiculę existunt, inter quas iuguli habentur. Ab humeris Manus incipiunt, utraq; ex suo latere propensa. harum pars ab humero ad cubitum usq; pertēdens, Brachium uocatur: Ancon autem, id est cubitus, qua tota manus flectitur: cuius exteriorem partem Græci *κροτωνόν*, & horum Attici *ὠλέκρانون* nominant. Dein Cubitus, quo & homines metiuntur. Vbi hic desinit, et cū summa manu articulum facit, Brachiale dicitur. Succedens huic pars *μετεκάρπιον*, quasi Postbrachiale dixeris. Inde Nodi, a quibus digiti incipiunt, Græci *κονδύλας* appellant. Digitorum maximus, Pollex est, *ἀντίχης* Græcis dictus, quod toti summę manui cooperans æquipolleat. Post hunc Index, nomen ab usu, ut apparet, sortitus. dein Medius. hunc Medio proximus sequitur, Græcis *πρώμεγος* dictus, medicis dicatus, atq; ab ijs nomen sortitus. Postremus Paruus dicitur, quod omnibus sit inferior. Itaque à brachiali summa manus dicitur: cuius supina pars iuxta pollicem assurgens, Vola nominatur, græce *θύλαξ*. huic pars opposita *ὑποθύλαξ*. id est subuola uocatur. Verū, unde digiti procedunt, *σύνθος*. i. Pecten manus est. Quod medium horum omnium est, concavum manus dicitur. Supra uero thorax ea pars appellatur, quę à collo toto ad ilia usque ex anteriore parte protenditur. Huius pars, quę sub clauiculis utrinque & manibus habetur, Costę sunt. ex quibus & latus utrunque dicitur. In harum mediō Pectus. Huius rursus mediū usque ad chartilaginem, sub qua uentriculi os delitescit, *στένον* Græcis dicitur. idem locus etiam extrinsecus ita appellatur. Hinc abdomen oritur. Quę sub uentriculi ore ad partem exteriorem apparent, Subchartilagia nominamus Græci *ὑποχόνδρια*, quoniam secundum rectitudinem sub chartilagine ueluti post ipsam habentur. Sunt autem musculi, qui expansi membranę prætenui ueluti araneę, quam *πυθόναιον* Græci nominant, subiacent: extrinsecus uero cute conteguntur. Æqui uoco autem cum his uocabulo etiam interiora uiscera uocamus hypochondria. quoniam & ipsa sub chartilagibus notharum costarum ab interiore parte existunt: sed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen est: Quod utrinque est, *κινέων*. i. inane seu uacuum. Ilium mediū occupat Umbilicus. Sub hoc fumen Græcis *ἵτρον* uocatum. Postea Pubes sequitur, quę & aquaticulus, græce *ἐπίσιον* dicitur, in quem thorax finit: ubi & masculorum pudenda constituta sunt: tum fœminarum ad fœmoris utriusq; exortum, ut sub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles uocatur, summitas eius, Glans: qua foramē habet ad excretionem, *ἐρῆθρα* ab usu nuncupatur. Cutis, quę eam contegit, Præputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius uergens *ραφή*, id est futura uocata est. Quę uero ad usque sedem producit, *ταύρος*, hoc est Taurus. Testiculi duplici nomine apud Græcos didymi & orchis intus & foris appellantur. Quod testiculos ambit, *ὄρχιον* Græci, nostri Scrotum uocant. Muliebris autem pudendi (sic enim nominauit ipsum) sinus ipse, *κτῆς*, id est pecten, uocatur. At, quę sinū ambiunt, Alę uocantur. Inter has autem caruncula ad fissuram exorta, Græcorum lingua *νύμφη* nominatur, nostra Colliculum appellare licet: quam, q̄ multo promineat, Ægyptij in uirginib. excidere consueuerunt. Porro recti intestini orificium p̄ sedem prodiens, quo excretionem, cū lubet;

bet, retinemus, Anulus à figura, ab officio Strictor uocatus est. Ceterum posteriores corporis par E  
 tes, quæ collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totum, *νωτον*. i. tergum, uocatur: in  
 de utroq; in latere *ωμοπλαται*. i. scapulæ habentur. Media ipsarū pars *μετάφρενον*, quod est dorsum,  
 cui etiam stomachus intus subiacet. Rursus media totius tergi sedes superne ad clunes usq; spina  
 dicitur. Huius partem, quæ recto tramite sub dorso habetur *ἀκνησιυ* Homerus nominauit, manife  
 sto alijs dictionibus exponens, *κατ' ἀκνησιυ μέσα νῶτα*. qm̄ & iuxta rectitudinem lōgitudinis me  
 dia sunt terga, mediūq; est dorfi & lumbi. Spinā lumbi, Græcis *ὄσφης* dicti, quæ *ἰψὺς* nominata est,  
 quatenus cingimur, excipiunt. Hi in Os sacrum terminantur: in cuius utraq; parte Coxæ sunt: in  
 his Nates: qm̄, quæ his subijciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosā ipsi corpora substrata sunt.  
 Quorum Gibbæ partes, q; orbiculares sunt, *σφαίρωματα*, ceu modo orbium facta, Græcis nomi  
 nantur. Inde corpus unum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorū  
 diuisiones ueteres Græci *διχάλαυ* nominant. atq; hæc tota ad extrema usq;, Crura dicuntur: quæ  
 uero à coxis statim incipiūt, Femora: ubi uero artus postea cōmittuntur inferioribus, articulumq;  
 efficiunt, Genua nominamus. Eorū partes retrorsum spectātes, Poplites, uel Ancyle: Inde ad ima  
 maximi artus Tibiæ: quarū anterior pars Ocrea, posterior Sura nominatur. Postremū ossiū tibiæ  
 in utrunq; latus excedens, Talus est: ab hoc profecti, Pedes proprie appellantur: quibus etiā men F  
 suram sibi aliam homines in altum tollentes pedem inuenerunt. Pedis pars posterior Calx: prior  
 à talo usq; ad digitos, *τάσος* Græcis uocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicienti  
 bus à talo uersus magnum digitum procedens, *πιδίου* Græcis appellatur, id est planities. Quod  
 sub hac statim in medio imi pedis habetur, concauum dicitur. Infimum, quo terram contingimus  
 & ingredimur, planta uocatur. Quod post concauum ad digitos assurgit, † Pecten pedis nuncu  
 patur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem fortiti nomina, quoniam  
 nec eosdem præstant usus, quanquam magnitudine, aut situs ordine conueniant.

Interiorum anatomicæ.

Cap. II.

A Natome abusiue quidē dicitur etiam exteriorū corporis partium & particularum cōmemo  
 ratio, quæ uerbis uniuscuiusq; ipsorum naturalem sitū, ordinem, usum, quē animati præbēt,  
 propriam cuiq; illorū appellationē, de quib. iam retulimus, percenset. proprie uero anatomicæ, in  
 teriorū cum sermone explicatio dicitur. Siquidē oculis eas indicatas esse, anatomicæ non est, sed cu  
 iusq; notitiam ex sermone ac uerbis accepisse, & naturales actiones, quo modo ipsas obeant, didi  
 cisse, præterea quā inuicē cōionem uiscera, aliāq; corporis partes p uenas habeāt. † Cerebrū itaq;  
 ex nullo eorū, quæ prædiximus, principali uase compositū esse uidet Erasiltrato, eoq; nutrimenti G  
 parēchyma. i. affusio ipsi esse uidetur. Est autē corpus simplex, atq; ob id omniū, quæ humano cōti  
 nentur corpore, & præcipuum, & princeps. Quapropter Plato & Hippocrates animi principatū  
 in eo constituunt. Comprehenditur sanē mēbranis duabus: Vna & contigua assimiliq;, *χοροειδης*  
 id est secūdiformis Græcis appellat, ueniosiorq; est: Altera, q; huic superiacet, caluariæ qbusdā par  
 tibus magis adhærescit. Sed hæc neruolior existit. Ex superiore igitur parte uenæ nutrimentum à  
 † corde iuxta eū locū, qui Græcis *ληκνησιου* dicitur, ex arterijs uero, quæ ad basim sunt, acceptum in  
 id deriuant: inde & nerui exortus principium ex eo capiunt, unde & animi functiones uniuerso  
 corpori cōicant. Neruorum autem species duæ sunt, una mutuos ossium cōnexus colligat, conti  
 netq;: altera sentiēdi mouēdiq; pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atq; hinc etiam  
 musculorum prouentus est. Oculorum meatus & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos  
 uisiorius spiritus oculis impartitur. Inde uero nares ēt processus habent, per quos & odoratur, &  
 cerebrū expurgatur. Ad aures processus non sunt, uerū à posteriore parte tenuis mēbrana, quam  
 Græci *μωιγγα* uocant, perforata est, atq; in uermis speciem processum habet: per quam similiter  
 ipsa repurgantur. In illius principio cerebri pars Græcis *κωνοειδης* appellata, q; conī speciem refe  
 rat, sedem habet. Jam uero illinc & spinalis medulla incipit. Cæterum duos habet cerebrum uen- H  
 triculos, quorundam opinione unum, ubi animi principatus residet. At Caluariæ ossa superiore  
 parte sub cute, mēbrana, quæ per suturas ē meningibus prodijt, *περικρανίου* Græci nominant, con  
 tegunt. Estq; hæc origo mēbranę costas succingētis, quam *ὕπερωκοτα* nomināt, & septi transuersi,  
 & peritonæi, & omnis membranæ neruosa. Oculi ex Hippocratis sentētia habet duas tunicas,  
 quas Hippocrates *μωιγγας*, q; ex illis prouenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, nonnulli  
 quatuor. Ex quibus prima deforis est à Græcis *κερατοειδης*. i. cornea uocata. Ea reliqua sui parte al  
 ba est, pupillę loco extenuat, perspicuūq; subiectū colorem reddit, quatenus niger, uel cęsius, uel  
 fuluus apparet. Secunda, qua pupilla est, modico foramine concaua, quæ, quod parte interiore sit  
 acino uix similis, *ἰαγροειδης* à Græcis nominatur. Tertia retis modo sinū habens, *ἀμφιβληστροειδης*  
 nuncupatur: perinde quasi in summo quartam tunicam à nonnullis inuectam excipiat, quam &  
*ἀδελου*, ceu minus apparentem uocare consueuerunt. Est etenim membrana minima simul & te  
 nuissima, sed prima & secunda firmæ mēbranę, crassæq; tunicae sunt: tertia uero & quarta tenuissi  
 ma. Quare & Hippocrates priores solas cognouit, oculus, inquit, mēbranas duas habet. Por  
 rō triplices hæ tunicae humores continent. Hunc ab aquæ similitudine *ὕδατοειδης* Græci uocant:  
 illum *ὕαλοειδης*, quod uitro quiddā simile referat. Tertium *κρυσταλλοειδης*, hoc est crystalli modo pel  
 lucidum.

† Ex Græcis antiquis hæc additur: & arterias & neruos, per quæ et conspiratio & confluxio omnian, & omnia sunt.

† Alias *ληνον* id est torcular.

**A** lucidum. Palpebrarum interiores partes carnosæ; mediæ chartilaginosa: exteriores cute teguntur. At, quæ chartilago mediâ dura est, adeps subiecta est lenimentum malagmatisue instar, quæ frequenter exuperas, guttas parit. Lingua maxime carnosâ est, in quâ duplex nervorum genus ab ima parte cerebri prodiens inseritur. Alij molles appellati gustadi sensum ad principium: alij duri motum arbitrium ad ipsam deducunt. Ad huius radicem exigua inhaeret lingua, Græcis *ωγλωττις* dicta, quæ, cum deglutimus, recurrens, arteriam claudit, nequid ex firmioribus humidis in ipsam delabatur. Cuius rei quoque causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguæ radicem, utrinque conspicuæ: duæ his proximæ penitiores. Nominantur eadem etiâ *σφιδμια*, quæ locus ad quæ sitæ sunt, isthmo, præsertim cum per inflammationem intumuerunt, eoque transitum hunc arcum nimis reddunt, figura respondent. Porro, cum duabus animalibus materijs gubernetur, alimento, & spiritu, ad hunc quidem percipiendum, nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo, partes sunt aptissimæ. Nares sanè & os respirationi seruiunt: gurgulio, ne frigidus in fauces aer cumulatim irrupat: aspera arteria, ut eundem in pulmones deducat, quorum in pectore sedes est: per hos & omnis fit respiratio, summittentes quidem se, ut spiritus emittat: attollentes uero, ut idem recipiat. Quare actione similitudinem quandam cum fabricorum follibus habere uidentur: figuram uero ungulae bubulae seruiunt. Porro ex spiritu in pulmone elaborato quicquid maxime necessarium est, ad sinistram cordis uentriculum deferunt: quicquid inutile est, illac, qua inspirauimus, efflatur.

**B** Nutrimenti uasa ad excipiendum, & instrumenta ad elaborationem instituta hæc sunt, os, dentes, stomachus, uentriculus, ieiunum, & tenuia intestina. Os quidem et dentes cibum extenuant moluntque. Stomachus appetit et deglutit: appensus autem asperæ arteriæ ad septum usque transversum porrigitur. Venter omnis est ad concoctionem. incipit uelut à mediâ chartilagine. ubi uentris os situm dicitur. subidet leuiter iecinori, latitudine grecorum literam *σ* referens, et altero extremo in sinisteriore parte uergit, ubi est et grecis dicitur *πυλωρος*, quæ portæ modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, prohibet. Ieiunum et tenue intestinum digestionem dicatum est, in sinus multos implicitum. committitur autem mesaræo seu mesenterio, quod uenæ in id descendentes intertextunt, per quas digestio plurima fit ad portas hepatis. Eius uero tenuius intestinum est ita connexum, ut pars eius esse uideatur, quippe ieiuno explicato persimile est. Differt tamem, quod nec uacuum sit, nec uasorum copiam habeat. Deinde caecum intestinum, alimento recipiendo accommodatum, huic adhærescit *κωλον*. i. laxius intestinum, quod excrementa ex distributione segregata suscipit. Pertendens autem in dextram supra umbilicum inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totumque amplexum abdominis in rectum intestinum definit. Cum igitur duo meatus à lato oris spatio incipiant, alterum iuxta priorem colli partem, bronchum uel asperam arteriam nominamus. alterum, stomachum. Vnde uero initium capit arteria, & ubi aperitur, *φάρυγγα*. i. fauces, uel *λαρυγγα* Græci uocant. Cæterum totus meatus ex chartilaginibus anuli modo uel circuli compositis constat, quo firmus continuæ animantis respirationi maneat, nec comprimatur. quare etiam ostium eius semper patefcit. Nam cibi abstinentiam tolerare potes diutissime, non inspirare ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purum hunc spiritum transitum natura dedit, ne impedimentum quid sentiat. Enim uero, siquid uel cibi, uel potus in arteriam imprudentibus, delabatur, strangulationes, & tussis statim excitantur, donec à spiritus impetu excussum efferatur. Iam uero aspera arteria spiritum pulmone transmittit, definitque in eiusdem arterias asperas, quas ipsas quoque bronchia nominant. Stomachus interior, quæ arteria, existens, ceruicis uertebri annexus, longissime cum aspera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adiunctus, cum cibum deglutimus, recurrens exacte ipsum lingula cooperit, quæ ex linguæ radice trahit originem. Porro hæc lingula non modo os claudit, sed etiam cibum à lingua uelut uentilabro purgatum, & arteriæ orificio superimpositum ad stomachum pontis modo deiecit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet. Dum appetit quidem, se attollit, & quæ offeruntur, deglutit: dum autem accepta quasi elidit, & ad subiectas partes expellit, ac uentriculi orificio contiguo per transversum septum tradit, submittitur. Per quæ angustum existentem meatum in uentre alimenta descendunt. Venter naturale officium est, ut alimentum sibi commissum concoquat, quod à concoctione primum pituitæ cremori persimile est: uerum per eum, quæ *πυλωρος* à Græcis appellari diximus, qui adhuc arctior est, alimentum ieiuno instillatur: quod cum tenue sit intestinum, in flexuissimos orbis natura implicauit, ne ex facili uidelicet dissecaretur, diuellereturque. Mesaræum seu mesenterium anfractus & orbis eius amplectitur, atque ipsos sustentat: quantum id non solum hunc prestat usum, sed etiam uenas duas sub iecinore emergentes, fulcit, quæ post in diuersas partes diducuntur, & mesaræo inferuntur, quo & ipsæ (sunt enim tenues) ruptionis periculum effugiant. Sustinentur autem ab intexto eidem simul basi, huic innitentes, & ueluti substrato alleuata finiunt. Atque hoc pacto in singulis anfractibus ad hircinum similitudinem compositis, aperto ore ieiuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul autem inter exugendum, protinus ipsum in sanguinem mutant, qui succus antea erat, dum in ieiuno esset. Non enim aliunde uel pituitæ, uel sanguinis, uel alterius cuiusdam uas esse natura indicat. Rursus igitur duæ factæ ex multis uenæ à mesaræo acceptæ, ad iecinoris portas deferunt. In iecinore cum sanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa singula pariter secernuntur. Flaua bilis ad uesicam ei inhaerentem deferunt: atra ad lienem. Iam uero ab hepate uersum in sanguinem alimentum, in dextrum cordis uentriculum distribuitur. A corde sanguis per iugulares uenas (*σφαγιτιδες* à Græcis nominantur) ad superiores corporis

corporis partes deriuat. Per cauā autē uenam in uniuersum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, sanguine iam à sero discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub cluniū carnibus, per quas urina destillat, inhaerent. Ad uesicā autē per meatus dictos græce *ὄρητῆρας* proficiscitur. Vesica corpore suo urinā recipit, & per colem foras excernit. Testiculi uero substātia glandulosi sunt, cōceptacula & officinæ seminis, quod per singulos nervos ab inguinibus depēdentes, Græci *κρεμασῆρας* nominant, ad eos fertur. In quos etiam alia uasa ipsos nutrientia descēdunt. Ceterum duabus tunicis cōteguntur, quarum tenuiorem Græci *ἐρυθροειδῆ*, ualentio rem *δαρτόν* appellant, Ab his est, quod *ὄσχεον* à Græcis. i. scrotum dicitur. Fœminis autem uulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quā plurimæ aperiūtur, per quas sanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur ceditq; in alimentum fœtui, & formationem. Nam à uenis, quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeunt uenæ, ab arterijs ibidem sitis binæ arteriæ, & à nervis unus nervus mutuo in unum congressu meatū *ὄυραχον* appellatum absoluunt, qui infantis umbilico inseritur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab umbilico autem uenæ ad iecinoris portas sanguinem in fœtibus transmittunt: arteriæ uero iuxta uesicam, crassiori arteriæ: nervus hic spinæ inferatur.

De ea anatomes parte, quæ ad ossa pertinet.

Cap. 12.

**O**ssium duplex compositio, una ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad stabilitatem, Græcis *συνώρθωσις*. i. coarctatio dicitur. Huius autē tres sunt species, futura, coagmentatio, & fixura. Suturis igitur capitū ossa constant. Inueniuntur autē futurae in plurimis quinque. Prima per sinciput, *σεφανιαία* à corona, cui assimulatur, Græcis dicitur. Altera per uerticem *ὀβολιαία*, q; ueru representet, uocatur. Tertia per occipitium, à Græcorū littera *λ. λαμβοειδῆς* ei nomen est. Duæ, quas *κροταφιας* nominant, in utroq; temporum una. Ossa caluariæ septem numerantur, occipitis unum, uerticis duo, temporum item duo, frontis unum, polymorphi unum. Cerebrum duos ab utraq; cerebelli parte processus obtinet: *κορώνας*, quasi dicas tubercula, Græci appellant qui in primæ uertebræ cavitates insinuantur, in qua, uelut cētro, secundæ uertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuitq;. Deinde ossei dicti processus duo paululum inuicem dissidentes, per quos tendines & nerui deorsum feruntur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt, iugalīa. i. *ζυγωειδῆ* appellata. Sub his rursus alia duo petre modo prominent: *λιθοειδῆ* uocant. Priore capitū parte processus sunt telo similes: hinc quoq; *βελονοειδῆς* à Græcis dicuntur. Facti autem sunt ad faucium diuisionem. Vbi summæ eorum partes chartilagine committuntur, os *ὄσειδες* appellatur. Quæ uero super his sunt, nomen desiderant. Quorum in priore parte situm est os à multiplici forma dictum *πολύμορφον*. Porrò superioris maxillæ ossa coagmentatione constant. Facies item coagmentationes nouem habet. Prima in lato utroq; oculorum spatio sitū obtinet: duæ à latere narium utroq;: alia medias nares rectā interfecat. Male quoque singulas habent. Duæ rursus obliquæ palatū secant, unaq; in rectum idē palatū diuidit. Cōes autem faciei et capiti, sunt in ossibus iugalibus. Iam quidem faciei duodecim ossa sunt, nariū duo, oculorum quoq; totidem, malarum singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis similia. Maxilla inferior quorundā sentētia duo in mento cōnata habet ossa, nōnullorū unum. Cæterum dentes fixura iunguntur, quippe receptaculis ipsorum infixi sunt. Sunt autē numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in superiore atq; inferiore maxilla, quia secāt, *τομῆς* à Græcis nominantur: canini quatuor: maxillares seu molares uiginti sunt. Reliquorū ossiū clauiculæ ad summum humerū coeunt deligantur: Ad pectus autē articuli, & coagmentationis missionem facere uidentur, & Romanæ litteræ S, eiusq; simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim utroq; latere habentur. Septem ex eis cum spinæ uertebis, cumq; osse pectorali utrinq; coeunt. Reliquæ quinque à posteriore parte spinæ inseruntur: In anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligantur. Uertebræ uero omnes quatuor & uiginti sunt. Septem in ceruice, dorli duodecim, quinque lumborum. post oēs os sacrum, quod ex uertebris inuicem connatis constare uidetur. Quin et pectus similiter ex septem ossibus unā coalitis ensis figura structum esse apparet. At brachium utrinq; humeri articulo coarctatur. Porrò suo ipsius capite oblique in scapularum sinum immititur. Cæterum scapulae musculis, qui posteriore parte costis substernuntur, incumbunt. Cubitus & radius, quem Græci *κρεκιδῆ* appellant, coalitus quidem modo sese contingunt, articuli uero modo, alteri brachij capiti committuntur. Tribus enim sui uertebris brachium in cubiti celturā, structura litteræ σ similem, inseritur. Quarta iam uertebra radius ueluti circa axem uoluitur. Brachialis ossa tria mutuo coalitu deligata sunt: ad cubitum tamen et radiū articulum apte faciunt. Postbrachialis quinque ossa uidere licet articulum cum brachialis ossibus, quibus cōnata sunt, expletia. Palmæ ossa cum eisdem, & postbrachialis ossibus coagmentatione iunguntur, continenturq;. Ceterum cum primis digitorum internodijs coarctantur. digitorum uero internodia singulorum tria, quæ articulo componuntur. Femoris os unum est, cuius caput leniter reflexum in coxā profundum sinum conijcitur. Quam commissuram nervus, qui è medio sinu prodit, & in medium femoris caput inseritur, continet. Coxæ, quæ duo sunt ossa à posteriore parte, cum osse sacro priore inter se coalescentiam habent: ubi & pubis ossa uel pectinis nominantur. Tibiæ utriusque ossa duo, nempe tibiæ & fibulæ, non peruenit autem fibula ad genu articulum, uerum sola tibiæ